

D. IOANNIS
PETRISVRDI
CASALENSIS, IVRE-
CONSULTI CELEBERRI-
MI, NEC NON SENATVS MAN-
TVANISENATORIS PRV-
DENTISSIMI,

DECISIONES.

In quibus variarum materiarum, ultimas voluntates, contractus, iudicia civilia, criminalia, fiscalia, feudalia, & materiam fidei respicientium, exactissimæ resolutiones continentur.

Nunc primùm in GERMANIA à plurimis mendis repurgatæ, & eleganti typo renouatæ.

Cum INDICE gemino: Uno Argumentorum; altero rerum & verborum notabilium.



Cum Gratia & Privilegio S. Cesarea Majestatis.

FRANCOFVRTI,

Typis & Impensis Hæredum Claudij Marnij.

M. DC. X.

DECISIONES SACRI MANTVANI SENATVS,

A Ioanne Petro Surdo Casalensi 7. C. & in eodem auditorio Senatore collecta.

ARGVMENTVM.

Præscriptio triginta vel quadraginta annorum, an sufficiat contra Principem.

SVMARIA.

- 1 Dux Serenissimus Montis Ferrati habet iura Imperij, & in eo Ducatu potest ea, quæ Imperator in toto Imperio.
- 2 Præscriptio centum annorum requiritur contra Romanam Ecclesiam, & contra Romanum Imperium, vide num. 9. & 10.
- 3 Dux vel Marchio ubi creatur, in eum ipso iure censentur transata omnia iura Imperatori reseruat.
- 4 Princeps, nisi in specie reperiatur privilegiatus, vititur iure communi.
- 5 Princeps quando contrahit, consideratur tanquam priuatus.
- 6 Pactores retrovendi præscribitur spatio triginta annorum.
- 7 Præscriptio triginta vel quadraginta annorum operatur contra Imperatorem.
- 8 Specialia non sunt amplianda, sed restringenda.
- 9 Imperium gaudet privilegio Ecclesie Romanæ, tantum in casibus expressis.
- 10 Præscriptio centum annorum requiritur contra Principem in iura quæ sunt et reseruat in signum principatus.
- 11 Princeps habet bona dupliæ generis: aliqua quidem quæ ut princeps possidet, alia verò tanquam priuatus.

DECISIO I.

RATENDEBAT Ducalis fîcus re habere posse locum Bozzolatum quem Sereniss. Principes multis antea annis vendiderant cum pacto retrovendi Illustriss. Domino Comiti Guilielmo Sangiorgio, cuius nunc hæres & nepos Illustriss. Comes Guidus dicebat illi pacto præscripsisse longissimi temporis cursu. Sereniss. autem Dux (quæ sua fuit semper etgâ omnes vasallos,

sed præcipuè erga hos Dominos Comites benignitas, quorum deuotione, constantis fidei, & obseruantie, egregia adhuc signa, & perspicua extant monumenta) iussit omisso omni iudiciorum strepitu rem intelligi, & sibi vitra partium iustius moueretur, referri. Illud autem in primis dubium emerfit, quanto tempore pacto præsto præscribi posset: & dicebat fîcus, non minore centum annorum spacio induci præscriptionem contra Serenissimum Principem, qui, tamquam Montis Ferrati Dux, habet Imperij iura, & in eo Ducatu ea potest, quæ Imperator in toto Imperio. *tes. consil. 235. col. p. vol. 2. Natta, consil. 279. num. 9. Cephal. consil. 3. num. 24. Becius, consil. 56. num. 81. Menoch. consil. 7. num. 1. 9.* quia centum anni requiruntur contra Romanam Ecclesiam, Authen. *Quæ actiones, C. de sacrosanct. ecclesi. c. si diligenti, cap. audiensiam, & c. nobis, de prescrip. & tantum temporis est necessarium contra Romanum Imperium. Ita voluit Bald. in l. 2. C. com. de r. sac. vbi Ange. extendit ad Principem. Sequitur Alex. in consil. 84. col. 2. vol. 1. Felso. d. cap. ad audiensiam, column. penult. Brox. in consil. 45. num. 8. & 7. de r. p. d. 69. num. 17.* Et cum hoc privilegium competat Imperatori, debet etiam competere Principi qui habet Imperij iura, & factus est eius Vicarius, quandoquidem, vbi quis creatur Dux vel Marchio, in eum ipso iure censentur transata omnia iura, omnisq; Imperialis potestas, & ea quæ quæ Imperatori reseruatæ sunt, in signum Imperialis coronæ, vt post Iacob. & alios ponit Roland. in consil. 4. num. 42. volam. 1. Boss. in tit. de reg. num. 1. Marchionatus enim dicitur Regalis dignitas, gloss. in cap. 1. §. si quis vero casu, in ver. centum, vbi Bald. de pace tenen. idem Bald. in tit. de feud. Marchia.

Retulit tamen Senatus, locum fuisse præscriptioni, per cursum triginta aut ad summum quadraginta annorum: quia Princeps in dubio, vititur iure priuati, atque ita iure communi, nisi in specie reperiatur privilegiatus. *l. idem. ff. de compensat. l. cum vitiosa, ff. de pignor. Cim. in l. 1. C. de pitis. hered. l. 1. vbi*